Fragmentarium

que peccaverint iudicant et immensitudine levantur qua
penitentibus remittunt. Iudicium sui timebat auctor.
Ne forte minus legendo ipsi celebs cuius iudicium incurrerent nequaquam
k' meruerunt. Et quatuor rotae per bases singulas et axes
aerei et per iiii partes quasi humeruli subter luterem fusiles
contra se invicem respectantes. iiii rotae iiii sunt evangelio
rum libri. Qui aptissime rotis conparantur. Quia sicut
volubilitate rotae citissimo cursu quocumque ducuntur cur
rit. ita sermo evangelicus iuvante domino per corpora totius uni
versitas in brevi mundi plagas implevit. Sicut rotae super
impositum sibi currum a terrena sublevant et sublevatum
quo auriga dirigit portant. ita evangelica praedicatio men
tes electorum a terrenis cupiditatibus in caelestia desideria
suspendit. ac sumptos semper ad profectum bonae operationis sive
ad ministerium praedicationis. Quocumque adiuvans gratia
k' spiritus voluerit ducit. Itemque in quibusdam dicitur quasi tales erant
rotae. quales in curru fieri solent. Legimus autem dictum cur
rus dei decem milium multiplex milia laetantium. Quid est
ergo quod rotae basium rotis assimulantur currum. nisi
gimur idemque sermo evangelii quo doctorum quos insti
tuit currus dei quo ordinem bases templi facit quicumque
enim ad evangelizandum verbum doctores longe lateque mit
tebantur in mundo. utique currus dei et quidem velocissi
mi fuerunt quia per cuncta discurrentes dominum ad corda creden
tium inducebant. At contra illi qui uno in loco commoran
tes verbum salutis proximis adnuntiant eosque ad lavacru

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 87-88 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 107-108.132-158, ParisBNFBaluze270_310_f147v – Bede, <i>De templo Salomonis</i>, annotated by Florus of Lyons (https://fragmentarium.ms/view/page/F-v2mv/426/6262)